


Joachim Heinrich Sibrand

Programma, Qvo Ad Natalem Augustum Serenissimi Ac Celsissimi Principis Ac Domini, Domini Caroli Leopoldi, Principis Vetustæ Gentis Henetæ, Sverini Ac Raceburgi ... In Auditorio Maximo Interprete Jo. Joachim Weidenero ...

Rostochii: Typis Joh. Wepplingi[i], [1719]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1793390827>

Druck Freier  Zugang



2°

Carl Leopold.
1713 - 1748.

Mkl f I

1926 4°



cb



35 Stücke

M. M. 8 I.

1926-40



1719.

v
y

PROGRAMMA,

QVO AD

NATALEM AUGUSTUM
SERENISSIMI AC CELSIS-
SIMI PRINCIPIS AC DOMINI,

**DOMINI
CAROLI
LEOPOLDI,**

PRINCIPIS VETUSTÆ GENTIS HENETÆ,
SVERINI AC RACEBURGI, COMITIS JTEM
SVERINENSIS, TERRARUM ROSTOCHII

AC STARGARDIÆ DYNASTÆ,
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS

CANCELLARII ac PATRONI MAGNIFICENTISSIMI,
PRINCIPIS AC DOMINI NOSTRI LONGE CLEMENTISSIMI,

*DIE XXVI. NOVEMBRIS ILLUSTRÆ,
ET SOLENISSIMA PANEGYRI
IN AUDITORIO MAXIMO*

INTERPRETE

JO. JOACHIM. WEIDENERO, Phil. & S.S. Theol.

D. hujusque Prof. Publ. Ord. ac ad Div. Mariæ Pastore,

INTER CONCENTUS HARMONICOS

ORATIONE FESTIVA,

De Themate :

QVOD PRINCEPS NON SIT NISIA DEO ET QVOD SIT VICE DEI,

celebrandum,

Omnes Omnium Ordinum Per-Illustres, Excellentissimos, Generosissimos, Summe
Reverendos, Consultissimos, Præ-Nobilissimos, admodum Reverendos, Præcellentissimos ac
Amplissimos Dominos, Regiminum Moderatores, Studiorum Antecessores, sanctæ Fi e
Con-Defensores, Artium Doctores ac Academiae Feutores,

Ea quæ par est humanitate ac officiosissime invit

JOACH. HENRICUS SIBRANDUS,

J. U. D. & Jnstit. P. P. O., hodie Academiae RECTOR.

ROSTOCHII, Typis Joh. Wepplingi, SEPENISS. PRING. & ACAD. Typogr.

108



PRINCIPIBUS aliquid inesse divini,

indomitæ cum generosis perorant Gentes, Historiarum propagant conditores, Sophorum publicant consortia, Oratorum declamat Parrhesia & Vatum celebrat Pierius Ordo; nec sive ad fastigia ascenderit, sive ad umbram dimissus Civis discrepabit circa gloriam PERSONARUM ILLUSTRIVM quam aut exosculabatur aut ambiebat. uterque. Hinc ortus est *Ἰσοπέσος* plus quam sollicitus pruritus, cujus exempla monumentis antiquorum ad nauseam mandata advertimus: Cognoverat puta, proclivis ad prævaricationem orbis, dubio procul ex Scriptis Mosaicis, quod primus in orbe parens, fuerit ADAMUS, sed cum simplicis ac sanioris omnino historiæ pertæderet ipsum, religiosi DEorum involucris ostentaverunt Hi, qui devia sectabantur, Eundem velut Saturnum, DEum, Patrem Deorum, Cœli & Terræ s. Vestæ filium, Titanis juniorem fratrem, a quo jus primogenituræ acceperit, hac conditione, ut masculos promiscue ipsi venturos hæredes interficeret, quo Regnum mundi postmodum Titanis cedere posset filiis, quam & prætersam cædem adimplevisse Saturnum somniant, eoqve, quod primogenitum inavorem suæ Majestatis præsciverit, hinc & reliquos omnes devorasse traditur, præter Jovem, in monte Ida, matris, quæ Ops dicitur, cura servatum, ubi postea Neptunum etiam cum Plutone abscondiderit; Resciverant, quæ de EVA prodita sunt, verum nugarum, nunquam saturi Gentiles, quam nominabant *Cybelem, Rheam, Opem, Pandemem & Berecynthiam*, eandem bonam Deam, Deorum Matrem ac Aviam insigniri jusserunt, & imaginem illius condiderunt Matronam, turribus coronatam & scutulata veste indutam, quæ dextra manu clavem teneret & curru leonum quadrigis instructo veheretur, cui dicata sit pinus, quod Atis adversus quem incaluerat, in hujus speciei arborem transmutatus esset, & quæ tandem ministerio exsectorum & semimarium sit colenda; Edocti fuerunt atrocita facta CAINI, ast ne quid sine Mythicis compareret ludibriis, hic *Jupiter, Diespiter DEum Genitor & Regnator maximus Divum* proclamatur, qui in Creta inter tumultus Corybantum educatus ac lacte caprino Amaltheæ, quam inter stellas postmodum constituerit, nutritus, cui chaonia volucris ambrosiam, & Saturnius ales nectar adduxerint, & ut quibus factis inter Heroas cluat? mundus acciperet, gloriari non verecundati sunt, hunc Jovem Patrem Saturnum de Throno deturbatum, spadonibus interjecisse Regnumq; mundi sic voluisse dispartitum, ut sibi cœlum cum terra, Neptuno mare & Plutoni tribueretur infernus, nec pudet istos facinorum, quæ mille mæandris & flexuosissimis fraudibus, ceu perjurus, incestuosus & horridè salacissimus patravit; De ABELE scitius informati ad hanc commentandi insaniam delabebantur, ut jocos daturi jactitarent, hunc Prometheum ipsis nuncupatum, primos homines ex luto terraqve finxisse, igne ad hæc ex cœlis suffurato, quo vitam iis conciliaret, quod dum Jupiter id male ferret, in hanc detruserit eundem infamiam ac pœnæ miserabile genus, ubi jussu Jovis, a Vulcano ad Caucasum montem ferreis sit alligatus catenis, ut hepatem perpetuus vultur morderet, quem cruciatum alii ad sacrificium referunt quod Cœlo Avo. Jupiter ac Prometheus obtulerint & in quo potiores Prometheo fuerint partes, Jovis vero deteriores: Eadem de Vulcano *Tubalcainis*, Apolline *Jubalis*, Bachi Janiqve *Noachi* aliorumqve plurium Heroum nominibus affatim exhiberi possent, si tempus ac occasio suppeteret:

Ex eodem Superstitionis teterrimo fonte inundavit Gentium idololatricas regiones opinio ista, de DIIS TUTELARIBUS, hinc Babylonii *Belus*

ium, Egyptii *Osyridem ac Isidem*, Tyrii *Herculem*, Cretenses *Jovem*, Samii *Junonem*, Rhodii ac Delphici *Apollinem*, Cyprii *Venerem*, Thebani *Bachum*, Macedonii *Cabyrum*, Ephesii *Dianam*, Athenienses *Minervam*, Mauri *Jubom*, Pœni *Uranum*, Romani *Jovem Capitolinum*, *Martem*, *Saturnum ac Quirinum* execrando cultu sunt venerati, sat se habentes stabilitos, dummodo simulacris his libarent Diabolicè & vel ad humanas cædes digrassanti immanitate infernalibus flammis fumarent aræ; Nec domi solum detestanda istiusmodi elevabantur abominamenta, sed & in expeditionibus & bellorum reciproca clade, in peregrinationibus & fatali quovis imminente casu, tulerunt basin ac tabernaculum Malochi, errantesque Deos agitataque Numina Trojæ; quin, ne quid superstitionis foret intermissum, nulla ars, nulla functio, nullus locus aut casus relinqvebatur, ad quorum tutelam non sint advocati fictitii Dii, Oratoribus enim ac Poetis *Apollo, Minerva atque Musa*, Medicis *Æsculapius*, Bellatoribus *Mars*, Fabris *Vulcanus*, Venatoribus *Diana*, Pastoribus *Pan* fuit præsto, & æquè inanibus figmentis pesti opposuerunt *Apollinem*, deliquiis *Herculem*, doloribus parientium *Junonem Lucinam*, & sic porro: Viderint hic sedis Papæ blæsi adulatores, an gemini quid adinverimus in Ausoniis sacris? Annon tutelares Deos ac sanctos præfigere svererint Provinciis? Fallor, ni Germaniæ *Gregorium ac Bonifacium*, Hispaniæ *Jacobum*, Portugalliæ *Sebastianum*, Galliæ *Michaelem*, Dionysium ac *Martinum*, Angliæ *Thomam*, Hiberniæ *Patricium*, Sarmatiæ *Stanislaum*, Hungariæ *Ludovicum ac Mariam*, Bohemiæ *Wenceslaum & Viam Adalpersum*, Russiæ *Nicolaum*, Borussiae *Albertum*, Helvetiæ *Mariam ac St. Gallum*, Baviariæ *Wolfgangum* tribuissent; causa caderem, nisi Roma *Petrum & Paulum*, Mediolanum *Ambrosium*, Paduæ *Antonium*, Venetiæ *Marcum*, Florentia *Stephanum*, Praga *Wenceslaum & Josephum*, Colonia sic dictos *tres Reges*, Vienna *Fabianum ac Sebastianum*, Moguntia *Martinum*, Monasterium *Paulam*, Antwerpia *Eligium ac Norbertum*, imo quot quot aliquando sunt urbes, singulæ suos sanctos religioso adorationis cultu venerarentur; Obmutescendum mihi denique foret, nisi studiorum Patroni essent *Gregorius & Catharina*, Theologorum *Thomas*, Consultorum *Juno*, Medicorum *Cosmus & Damianus*, Equitum *Georgius*, Venatorum *Eustachius*, Pictorum *Lucas*, Aurifabrorum *Eligius*, Musicorum *Cæcilia*, Sartorum *Gutmannus*, Sutorum *Crispinus*, Figulorum *Gnarus*, Nautarum *Nicolaus & Christophorus*, Agricolarum *Urbanus*, Pastorum anserum *Gallus*, suum *Antonius*, ovium *Wendelinus*, equorum *Elogius*, hominum *Pelagius &c. &c.* & pesti opponeretur *Sebastianus & Rochus*, feбри *Petronella*, veneno *Benedictus & Johannes*, doloribus dentium *Apollonia*, oculorum *Otilia*, ventris *Erasmus*, renum *Liberius*, ac erysipelæ *Antonius*, lvi venereæ *Flaccius & Jobus*, claudis vero & contractis commendaretur *Wolfgangus*, obseis *Romanus*, parientibus *Margaretha*, captivis *Leonhardus* & circa res deperditas sciscitantibus *Vincencius & Antonius*, ut post omnia etiam invocatos velint, adversus tempestatem & grandinem *Johannem ac Paalam*, adversus tonitrua *Alexium*, adversus intecunditatem *Jodocum*, adversus incendia *Agathum & Florianum*, adversus erucas muresque *Magnum Nicasium & Ulricum*, ut reliquis non immerer nugis Papizaantium, quibus quod *Carolo Scribanio*, qui inter sangvinem Redemptoris & lac Mariæ blasphemus fluctuabat, quorum se prius verteret? ignorans, Batavus quidam concinne respondit:

O groote Sot! Keert uw tot Godt.

Sed in quæ me divergia Gentium ac Romanensium abripuit vesania? Cui gloriola confessione & ad sacerrimi Codicis infallibilem normam conspi-


conspicuum manet Sanctissimum istud dogma , Qvod Principes
non sint nisi a DEO , & qvod sint vice DEI :
Cum ergo Augustissimus Natalis Serenissimi
ac Celsissimi Principis ac Domini , DN.
CAROLI LEOPOLDI,
Principis Vetustæ Gentis Henetæ , Sverini ac
Raceburgi , Comitis item Sverinensis , Terra-
rum Rostochii ac Stargardiæ Dynastæ , Aca-
demia Nostræ Concellarii Magnificentissimi,
Principis ac Domini Nostri longe Clementif-
simi , cujus benedicta fruimur luce DIE XXVI. NOVEMBRIS , signa-
candoris & obsequiosissimi cultus ac fidei non imperet adeo, quam jure pro-
lixo invenerit , dum autoritate jussuque NUMINIS irrefragabili , in
servitia PRINCIPIS AC DOMINI SUI LONGE CLEMENTISSIMI,
Terrarum Megapolensium ac Varniaci Roseti Cives singuli se devotos esse, quam
demississime agnoscunt & ne pars quædam officii sibi claudicet , reli-
giosissime caebunt , hinc Meridiana Sacra Academia Faustis auguriis re-
linquentur, ut inter concentus Musicos Ardentissimæ preces , grates laudes-
que ad cælum & cor Benignissimum Omnipotentis, Spiritus Sancti pertin-
gant gratia : Velut & Oratoris nostri Selectissimum Thema , non nisi in
hunc exoptatissimum finem & enixissimis quidem desideriis collimat at-
que contendit , ut PRINCIPIS AC DOMINO NOSTRO LONGE CLE-
MENTISSIMO, & sub EODEM Terris Megapolensium singulis nostraque Aca-
demia heic & æternum bene sit !

*Vos ergo O. O. Per-Illustres, Excellentissimi, Ge-
nerosissimi, Summe Reverendi, Consultissimi, Præ-No-
bilissimi, admodum Reverendi, Præcellentissimi ac
Amplissimi Domini, Regiminum Moderatores, Stu-
diorum Antecessores, Sanctæ Fidei con-Defensores,
Artium Doctores & Academiae Fautores dum pietas
vocat & congregat, oculo sereno & in gaudia coe-
untibus corde ac ore amplexabimur.*

P. P. sub Sigillo Academicæ Rostochiensis
Anno MDCCXIX. die XXIV. Nov.



33
LBMV Schwerin
000 195 448



DEUS ALMUS ad justiora vocavit officia & obsequiosis
mores nostri, queis fatorum Vias amplexamur invio-
ratulamur siquidem *Nobis, totique Megapoli Nostræ,*
hinc Illustrissimo MAGNI PATRIÆ NOSTRÆ PA-
tratulamur nobis de edecumata Sorte, qua SALOMO-
OSTRUM, *Serenissimum Ducem Regnantem Me-*
icum, Dominum CAROLUM LEO-
DUM, Principem ac Dominum nostrum longe
issimum coram nunc venerari & Solis nostri mysteriosi
electabiliter frui, desuper nobis datum; nec amplius que-

ga mora est nobis omnis quæ gaudia differt!
ter lætabundi, inter ouationes & triumphos, toto pe-
didimus:

TA DIETA NOBIS, OMNIS QUÆ GAUDIA LAXATI

*Ist treffen die erwünschte Zeiten,
Die überall vollkommne Freud bereiten!*

VE! SALVE! SALVE! ea propter, Dies oblectationum
antissimus & amoenitatum Megapolensium
incomparabile! *Quinquagesimus primus*
is, venit *Serenissimo Nostro PRINCIPI*
I Venedo & rel. rel. rel. ac *Vigesimus Sextus*
s est armilla illa pollucibilis, alarum, pectorum
nostrorum, panditur coelicus pectus, ex sen-
nostra & si non damnatur, mactatur tamen
nis desiderii nostris! *Quas & Absentis HERI*
ostri longe Clementissimi, sumus reveriti ad-
augustioresque horas, eas ipsas vel nunc feria-
o in viribus nostris id foret! omnium magni-
isquis enim manibus prendit felicitatem omni-
æfens Clementia plus quam propitiis gratiis
ittit, in quas recepti adfertique, JUBILÆUM
um faustissimum, quod *Religionis Luthe-*
Jussu *Serenissimi nostri DUCIS ac DOMINI*
ANTIS hætenus festis distinximus diebus. Nam
cuti faciunt semperque beatos,
ero & Summo gaudia nata bono;
mel impletus nunquam vacuabitur illis,
æterna æterni flumina fontis erunt;
Megapolin melior fortuna secuta,
perpetuæ semina sortis habet. **Wie**

